



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri  
Viginti**

**Della Porta, Giambattista**

**Frankfurt, 1607**

Separatio auri, argentine ab alijs metallis cum aqua forti compendiose.  
Cap. X.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

super-  
dum,  
lphut  
ineat,  
ttat,&  
mau-  
urum  
  
agitentur vehementer. Vase refrigerato, & contuso au-  
rea massula in fundo reperitur, reliqua, ut diximus,  
peragito.

*Separatio nuri, argenteive ab alijs metallis cum aqua for-  
ti compendiose. C A P. X.*

**N**Os vero hoc modo satis compendiose aurum ab  
argento, & argentum ab alijs metallis separare  
docebimus, nec parum lucri quis consequetur, si quæ  
scribimus optimè nouerit, quum & aliquos viderimus  
hoc artificio non mediocres opes sibi comparasse. Ex-  
emplum sit mistura eris, & argenti, eam in communem  
fortem aquam dissoluemus, ubi assumpta iam fuerit,  
projicito in eam fontanam aquam, quo aquæ asperitas  
diluatur, nec vis amplius rosionis metalli remaneat. A-  
quam in patentioris oris fideliam mitte, & creas lamel-  
las submerge, illis enim argentum in nubis formas ad-  
hærebit, æs in aqua relinquitur, aquam in vitream re-  
tortam ampullā imponito, & adhibe subtus leuiorem  
ignem, & foras paulatim fontanam aquam extillabit:  
ubi fontanæ aquæ notam mensuram iam distillas te co-  
gnoueris, vel croceus color ampullam tingeret, & odor  
saliūm nares ferier, amoue receptaculum, & aliud va-  
cuum indito, & lutato spiramenta, aucto igne fortē  
aquam, & ut prius validam recipies, & in fundo am-  
pullæ æs habebis. Aqua fortis, ut prius,  
valida erit: ea pluries uti  
poteris.

R ,